UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

Index Qvæstionvm Tractavs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Visual Library

# INDEX QVÆSTIONVM TRACTATVS.

## *De neceſsitate & modo miniſtrandi Sacramenta tempore peſtis.*

## QVÆSTIO PRIMA, CAPITIS PRIMI.

*VTrum ſint miniſtranda Sacramenta tempore peſtis?* p. 1.

2 *Quinam teneantur Sacramenta miniſtrare tempore peſtis?* p. 12

3 *An teneantur paſtores Sacramenta miniſtrare cũ periculo vitæ?* p. 15

4 *Si paſtor metu contagionis non auſit Sacramenta miniſtrare, an licebit illi loco cedere, & Sacerdotẽ qui vices ſuppleat ſubſtituere?* p. 19

5 *An liceat illi, ſi neminem reperire poſsit qui vices ſupplere velit, ad bimeſtre ſaltem ex licentia Epiſcopi curam paſtoralem deſerere?* p. 22

6 *An paſtor poſsit illo tempore curæ paſtorali renunciare?* p. 24

7 *Si magiſtratus timet ne paſtor moriatur peſte, nec poſsit de alio prouideri, an ſaltem illo caſu paſtor ab admin. Sacram. excuſetur?* p. 26

8 *Si populus ſit exiguus, vt ruri accidit, & poteſt facilè cum paſtore ad locum ſalubriorem migrare, an teneatur illo caſu populus paſtorẽ ſequi, an cõtra paſtor apud populum manere?* p. 31

9 *An teneantur paſtores ædes peſte infectorum ingredi ad miniſtranda illis Sacramenta?* p. 34

10 Si

10 Si bis vel ter paſtor acceßit ædes peſte infecti, & toties ad ſacramenta ſuſcipienda imparatum inuenit an ſit deinceps ab adm. inſtr. ſacrament. excuſatus, an teneatur ſæpius ingredi? p.38

11 Si paſtor in vmbone Eccleſiæ præmonuerit ſubditos, vt antequam peſte corriperentur ſacramenta peterent, illi autem neglexerunt, aut etiam contempſerunt, an teneatur nihilominus illos poſtmodum peſte infectos accedere, & ſacramenta miniſtrare? p.41

12 Si paſtor dicat ſacrum & vocetur ad ægrum iam moriturum, an teneatur ſacro relicto ſacramenta miniſtrare, aut pro illo tempore à miniſtratione excuſetur? p.44

13 Quid remedij ſi paſtor fugiat & latitet? p.46.

14 Paſtoribus & aliis Prælatis ſiue iuſte ſiue iniuſte abſentib. vel peſte infectis, aut etiam mortuis, vel ſeruire nolentibus: an alij teneantur ſacramenta miniſtrare? p.48

15 Si ſimplices ſacerdotes, tum religioſi tum ſæculares, nolint ſacramenta miniſtrare, an poßit Epiſcopus illos cogere? p.50

16 Si Epiſcopus velit cogere ſacerdotes ſæculares, illi a. inter alias excuſationes prætexunt, ſe parentes habere, qui præcipiunt, vt cum eis à loco contagioſo recedant, an parere debeāt Epiſc. vel parentib? p.53

17 Si Epiſcopus velit cogere Religioſos, illi a. allegant ſe exēptos eſſe, nec Prælatos permittere, vt Reip. illo tempore ſeruiant, ne infecti cæteros relig. inficiāt,

an

an teneãtur obedire Epiſc. vel ſuis Prælatis? p.54
18 Deficientib. Sacerdotibus indigenis, vel Epiſcopo parere nolentibus, vel ex cauſa quacunq; ſe excuſantib. an liceat Sacerdotem aliunde vocatum pecunia conducere, qui Sacramẽta miniſtret? p.56
19 An liceat Sacerdotem conducere, quẽ ſcimus improbè viuere? p.61
20 An liceat etiam ebrioſum conducere? p.62
21 An poßit etiam ſemiebrium? p.63
22 An etiam Concubinarium? p.66
23 An etiam ab Eccleſia præciſum? p.68
24 An etiam hæreticum? p.69
25 Quis teneatur ſacramẽta miniſtrare Sũmo Pontifici, Primati, Patriarchæ, Cardinali, Epiſcopis & inferiorib. Prælatis exemptis, vt generalib. ordinum, Decano, Abbatibus, Prouincialib. Guardianis, Prioribus peſte infectis? p.72
26 Quis domeſticis Summi Pontificis, Primatum, Patriarcharũ, Archiep. Epiſcop. & aliorum inferiorum Prælatorum exemptorum? p.75
27 Quis Prælatis non exemptis? p.78
28 Quis Canonicis Regularibus, & paſtoribus ruralibus? p.79
29 Quis teneatur ſacramenta miniſtrare Imperatori vel Auguſtæ, vel Regibus & eorum aulicis peſte infectis? p.80
30. Quis Principibus, Ducibus, Comitibus, Marchionibus & aliis locorum Dominis, ſeu eorũ Balliuis & Seneſchallis eorumq; domeſticis? p.82

31 Quis

31 Quis viatoribus peregrinis, mercatoribus ad nundinas proficiſcentibus, ſi per itinera peſte corripiantur? p.83
32 Quis vagabundis? p.84
33 Quis illis, qui in duabus parochiis ex æquo habitant, in vna æſtiualem, in altera hyemalem domum habentes? p.85
34 Quis ſcholaribus diuerſarum nationum in vniuerſitate aliqua commorantibus? p.86
35 Vtrum teneantur paſtores vel alij quicumq; ſacerdotes ſacramenta miniſtrare omnibus peſte infectis? p.88
36 An teneantur etiam famulis & ancillis? p.91
37 An etiam in amentiam & furorem actis? p.93
38 An etiam non petentibus? p.96
39 An etiam interdictis? p.98
40 An etiam excommunicatis? p.99
41 Pluribus ſacramenta ſimul petentibus quibus paſtor prius miniſtrare teneatur? p.101
42 Pluribus paſtorem vocantibus, vno ad baptizandum, altero ad confeßionem excipiendam, alio ad communicandum, altero ad inungendum, alio ad matrimonium contrahendum, cui prius teneatur? p.109
43 Quis modus miniſtrandi ſacramenta tempore peſtis ſit optimus & maxime probandus? p.112
44 Quid cenſendum de modo miniſtrandi illorum, qui incertam materiam vel formam adhibent, cum poßint certam? p.116

45 Quid

45 *Quid de illorum qui non ſimul tempore, ſed pr'us materiam & poſtea formam, vel contra adhibent in min ſtra ione ſacramentorum?* p.118
46 *Quid de illorum qui diuidunt ſacramẽta, putà, vno adh b nte mate iam altero formam?* p.120
47 *Quid de illorũ, qui nullis in miniſtratione ſacramentorum cæremoniis vtuntur?* p.122
48 *Quid contra de illorũ qui omnib. vti volũt?* 225
49 *An tentent Deũ qui peſte laborantib. ſacramenta miniſtrãt cum omnibus cæremoniis precibus & ſolemnitatibus?* p.127
50 *An tentent illi qui non ſolum omnes cæremonias apud peſte infectos recitant, ſed etiam antidota & res præſeruatiuas, quas facile habere poſſunt, negligunt?* p.129
51 *Quid cenſendũ de modo miniſt. illorũ, qui nouos ritus in admin ſtrat. ſacrament. adhibent?* 131
52 *Quid de illorum qui vtuntur ritibus & cæremoniis alterius diœceſis?* 132
53 *Quid de illorum, qui ſine ſigno crucis ſacramenta miniſtrant?* 134
54 *Quibus modis vt frequentius peccari cõtingit circa adminiſtrat. ſacrament. tempore peſtis?* 136

CAPITIS SECVNDI

De neceſſitate & modo miniſtrãdi ſacramentum Baptiſmi tempore peſtis.

QVÆSTIO I.

V*Trum teneantur paſtores miniſtrare ſacramentum Baptiſmi tempore peſtis?* p.142

2 An ſimiliter teneantur obſtetrices? p.146
3 Abſentibus ſiue iuſte ſiue iniuſte, vel etiã mortuis vel peſte infectis paſtore & obſtetrice, an teneantur alij hodi pueros baptizare? 148
4 An etiam teneantur pater & mater? 153
5 His omnibus puerum baptizare negligentibus, an liceat hæreticũ publice & nominatim excõitum pro miniſtratione baptiſmi aduocare? 154
6 An liceat & illũ, qui nõ niſi pro notabili pecuniæ ſumma vult baptiſmũ miniſtrare? 157
7 Vtrum paſtores teneantur omnibus peſte infectis baptiſmum miniſtrare? 159
8 An etiam non petentibus? 160
9 An etiam illis, de quorum vita dubitatur? 162
10 An etiam illis, qui vel in toto vel in parte retinẽtur in matris vtero? 163
11 Etiam illis, quorum ſexum ignorant? 166
12 An & illis, quorũ mors accelerãda putatur? 168
13 Pluribus eodẽ tempore baptiſmũ petentib. quem primo loco tenebuntur paſtores baptizare? 171
14 Quis ſit optimus & maxime probandus modus baptiſandi infantem peſte infectum? 174
15 Quid cenſendum de modo baptizandi illorum, qui longius à fonte baptiſmatis exiſtentes, vel aqua naturali carentes, baptizant in iure carniũ, in lixiuio, in cereuiſia, in luto, in aquis balneorum, in aqua in quam reſoluuntur niues & glacies, in aquis frigidis vel calidis ſalſis? 178
16 Quid de illorum, qui in ſimili caſu baptizant ſalutæ

litua conſperſione? 180
17 Quid de illorum, qui vel ex ignorantia veræ formæ baptiſmi vel nimio timore contagij præcipitanter baptizant in nomine Dei, vel Chriſti, vel SS. Trinitatis? 182
18 Quid de illorum, qui moriturum iam infantem baptizant trina aſperſione, dicẽdo: Ego te baptizo in nomine Patris, faciendo vnam adſperſionem, & Filii, faciendo ſecundam, & Spiritus Sancti, faciendo tertiam? 185
19 Quid de illorum, qui à longe poſiti, puta in oſtio domus vel feneſtra, infantẽ in lecto vel brachiis matris conſtitutum aſpergunt aqua cum recitatione debitæ formæ? 187
20 Quid de illorum, qui puerum per alium iubent aſpergi aqua, ipſi vero longius conſtituti ſacramentalia verba pronuntiant? 189
21 Quid de illorum, qui ſimul non adhibent materiam & formam, ſed prius vnam, & poſtea alteram? 193
22 Quid de illorum, qui baptizant in aqua non cõſecrata? 197
23 Quid de illorum, qui baptizant ſine ſigno crucis? 199
24 Quid de illorum, qui non tantum Catechiſmũ & Exorciſmum, ſed etiam vnctionem chryſmatis omittnut? 201
25 Quibus modis, vt frequentius peccari contingit circa baptiſmum infantum tempore peſtis? 205



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAPITIS TERTII.

### De neceſſitate & modo miniſtrandi ſacrtum pœnitentiæ tempore peſtis?

### QVÆSTIO I.

VTrum paſtores teneantur miniſtrare ſacramentum Pœnitentia tempore peſtis etiam cum periculo vitæ? p.209

2 An poſsint paſtores aliquo caſu excuſari à miniſtratione huius ſacramenti? 212

3 Paſtoribus peſte infectis vel mortuis, vel iuſte vel iniuſte abſentibus, an teneantur & alij ſacerdotes hoc ſacramentum miniſtrare? 214

4 An peſte infectus ſi à parocho & aliis ſimplicibus ſacerdotibus deſeratur, nec ſuæ cōtritioni & conſcientiæ ſatis fidat poſsit ſacerdoti aliunde vocato numerare pecuniæ ſummam pro miniſtratione huius ſacramenti? 217

5 An etiam poſsit conducere ſacerdotem nominatim præciſum hæreticum, degradatum, ſuſpēſum, interdictūm, vel etiam ipſo iure ob manifeſtam clerici percuſsionem excommunicatum? 219

6 An etiam non approbatum ab Epiſcopo? 221

7 An etiam Diaconum, ſubdiaconum, tandem & laicum? 224

8 Si laicus ſe ſacerdotem mentiatur, & operas ſuas locet magiſtratui pro miniſtratione huius ſacramenti an valeat eius miniſterium, & ſi nō, quam pœnam incurrat? 228

9 Vtrum

9 Vtrum paſtores teneantur omnibus peſte infectis hoc ſacramentum impendere? 230
10 An etiam illis qui præ vi morbi confiteri non poſſunt, ſed tantum tundunt pectus, vel ſimilia ſigna pœnitentiæ præſeferunt? 232
11 An etiam illis, qui nullam mentionem confeßionis ſacerdoti faciendæ fecerunt? 236
12 An & illis qui huiuſmodi ſigna pœnitentiæ dederunt in abſentia paſtoris? 238
13 An etiam illis quos paulo ante paſtor audierat in confeßione & non abſoluerat, ſi poſtea ſuperueniẽs inuenit adhuc viuos, ſed amiſiſſe ſenſũ? 241
14 An etiam pueris 12.11.10.9.8.vel 7.annor. 243
15 An etiam illis qui præ vi morbi in amentiam, phreneſim & furorem acti ſunt? 246
16 An etiam illis, qui ſcrupulis anguntur, & ſæpius confiteri volunt? 248
17 An etiam illis, qui paucis ante diebus, veluti octo vel paucioribus ante conceptam peſtem confeßi fuerunt? 250
18 An etiam illis qui aliquoties à blaſphemiis abſoluti, quas præ vi morbi euomuerunt, iterum in illas reincidunt? 251
19 An etiam illis quos ante vnam aut alteram horam vidit potu obrutos? 254
20 An etiam ſuis concubinis? 256
21 An etiam illis qui ceperunt alteri ſacerdoti confiteri, ſi interim Confeſſarius peſte infectus mortuus fuerit? 258



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

22 An etiam illis, qui volunt confeſſionem generalem facere? 259
23 Quis ſit optimus & maxime probandus modus miniſtrandi hoc ſacram.tempore peſtis? 261
24 Quid cenſendum ſit de modo miniſtrandi illorũ, qui in caſu peſtis abſoluunt pœnitentẽ his verbis: abſoluat te Chriſtus, vel Deus te abſoluat, vel, abſoluaris à peccatis tuis, vel, remitto tibi peccata, vel ſacramentum abſolutionis tibi impendo? 263
25 Quid ſit de illorum, qui rogant ægrum an habeat peccata mortalia, & intellecto quod nullum deſignat, non abſoluunt ſed abeunt? 266
26 Quid ſit de illorum, qui propter ægri in loquendo tarditatẽ ipſi celeriter de peccatis quæ veroſimiliter illum cõmiſiſſe exiſtimant, interrogant, & ſtatim annuentẽ ægrum abſoluũt & abeũt? 268
27 Quid ſit de illorum, qui habentes plures peſte infectos eodem tempore vicinis tuguriolis exceptos ad ſingulos accurrunt, auditoq; vnius peccato vno, illũ ſtatim abſoluunt & ad alium atq; aliũ tranſeũt eos ſimiliter audiẽtes & abſoluẽtes? 270
28 Quid ſit de illorum, qui plures peſte infectos in eodem cubiculo vel lecto iacentes ſimul audiunt & abſoluunt? 272
29 Quid ſit de illorum, qui volunt ægros ad ſe adduci vt illos ex feneſtra audiant & abſoluant? 274
30 Quid ſit de illorum, qui volunt peſte infectum ſibi confiteri in abſentia? 275

31 *Quid ſit de illorum, qui volunt ſibi confiteri per literas?* 280

32 *Quid ſit de illorum, qui abſoluunt per interpoſitã perſonam cui ſacerdos committit vt ſuo loco & nomine verba abſolutionis proferat in præſentia pœnitentis?* 283

33 *Quibus præſertim modis peccari ſoleat circa adminiſtrat. ſacram. pœnit. tempore peſtis?* 285

## Capitis Qvarti.

## De neceſſitate & modo miniſtrandi ſacramentum Euchariſtiæ tempore peſtis.

### Qvæstio I.

*VTrum teneantur paſtores miniſtrare ſacramentum Euchariſtiæ tempore peſtis?* 293

2 *An etiam cum periculo vitæ?* 296

3 *Abſente ſiue iuſte ſiue iniuſte paſtore an poſſit æger aduocare ſacerdotem religioſum, qui illi hoc ſacramentum miniſtret?* 298

4 *An poſſit aduocare nominatim excõmunicatum ſuſpenſum, irregularem, realiter degradatum hæreticum?* 300

5 *An etiam Diaconum?* 302

6 *An tandem clericum inferioris ordinis vel etiam laicum?* 305

7 *Vtrum paſtores teneantur omnibus peſte infectis hoc ſacramentum miniſtrare?* 308

8 *An etiam in amentiam & furorem actis?* 309

9 *An etiam pueris, & qua ætate?* 311

10 *An etiam illis, qui paucis diebus ante conceptum*

morbum communicarunt? 317
11 An etiam illis, qui viaticum ſumpſerunt, ſed paulo poſt in peccatum mortale lapſi ſunt? 320
12 An etiam de peccato mortali ſuſpectis? 322
13 An etiam illis, quos ſcit paſtor per ſolam confeſſionem in peccato mortali verſari? 324
14 An etiam publicis vſurariis, concubinariis, meretricib. in publico proſtibulo commorantibus? 328
15 An etiam iis, qui frequentem nauſeam & vomitum patiuntur, vel qui continuo ſingultiunt vel ſternutant & tuſsiunt, vel qui vix reſpirare poſſunt, vel quorũ lingua ita intumuit, vt vix illã mouere queant, vel ita cruore eſt madida, vt cõtinuo expuere cogantur, vel ita præ calore & ſiti aruit, vt nihil præter liquidum deglutire poſſint? 330
16 An etiam de peſte ſuſpectis? 335
17 An etiam ſibi ipſi peſte infectis? 337
18 Quis ſit optimus & maxime probandus modus miniſtrandi hoc ſacramen. tempore peſtis? 340
19 Quid cenſendũ ſit de modo conſecrandi, & miniſtrandi illorum, qui non habentes hoſtiam ſeu formam panis conſuetam ad conſecrandũ, conſecrant in pane azymo, vel ex hordeo, vel ex auena, vel ex ſiligine, vel ex ſpelta confecto, vt illam ægro miniſtrent? 343
20 Quid ſit de illorum, qui conſecrant tantum ſpeciem panis? 347
21 Quid ſit de illorum, qui conſecrant tantum ſpeciem vini? 352.

22 Quid

22 Quid ſit de illorũ qui conſecrant in miſſa vtrãq; ſpeciem, ſed miniſtrant ægro ſpeciem vini? 354
23 Quid ſit de illorum, qui vt miniſtrent peſte infectis conſecrant vtramq; ſpeciem, ſed alteram in pane fermentato? 358
24 Quid de illorum, qui celebrant non ieiuni, vt ægro ſacramentum miniſtrare poßint? 361
25 Quid ſit de illorum, qui à longe poſiti conſecrant formulam panis quam æger manibus tenet? 365
26 Quid ſit de illorum, qui ſine veſtibus ſacris, hoc eſt, ſuperpelliceo & ſtola miniſtrant? 367
27 Quid ſit de illorum, qui vocati eodem tempore ad plures ægrotos, nec habentes niſi vnam hoſtiam, illam particulatim diuidunt, & ſingulis etiam exiguam particulam diſpenſant? 369
28 Quid ſit de illorum, qui non habentes niſi vnam hoſtiam, quam conſecrant, ſumunt vnam partem in ſacrificio, & alteram reſeruant ægro pro viatico? 372
29 Quid ſit de illorum, qui non habentes hoſtiam conſecratam porrigunt non conſecratam? 374
30 Quid ſit de illorũ, qui ſacram. hoc proponũt ægris ex menſa ad hoc compoſita ſumendum? 377
31 Quid ſit de illorum, qui proponunt ægris ex ſcutellis ſumendum? 379
32 Quid ſit de illorum, qui miniſtrant hoc ſacramẽtum vſuali & communi pani inuolutum? 381
33 Quid ſit de illorum, qui oblongiori forcipe vel aurea vel argentea, vel ſimili Euchariſtiam tenent

& ſic ægro porrigunt? 383
34 Quid de illorum qui ſpatulæ oblongiori Eucharistiam infigunt, & ſic in os peſte infecti immittunt? 386
35 Quid de illorum, qui digitis chirotheca vel ſimili aliqua re tectis hoc ſacramentum miniſtrant? p. 388
36 Quid ſit de illorum, qui dant ſanis Eucharistiam aſſeruandam, vt ſi peſte corripiantur illam ſumant? 390
37 Quibus modis potiſſimum peccari ſolet in adminiſtratione ſacram. Euchariſtiæ temp. peſt. 392

## Capitis Qvinti.

De neceſſitate & modo minſtrãdi ſacramentum Extremæ vnctionis tempore peſtis.

### Qvæstio I.

VTrum teneantur paſtores miniſtrare ſacramentũ Extremæ vnctionis tempore peſtis? 397
2 An etiam cum periculo vitæ? 399
3 An teneantur etiam miniſtrare tempore interdicti? 403
4 An etiam teneantur ſacrificium miſſæ cœptum deſerere vt peſte infectis hoc ſacramentum miniſtrent? 405
5 An abſente vel mortuo paſtore teneantur & alij ſacerdotes miniſtrare hoc ſacramentum? 407
6 An etiam Religioſi teneantur hoc ſacramentum miniſtrare? 409

7 An

7 An teneantur & ipſi Epiſcopi? 410
8 An abſente Epiſcopo & reliquis ſacerdotibus liceat peſte infecto aduocare aliunde ſacerdotem aliquem excommunicatum vel ſuſpenſum? 411
9 An liceat tandem aduocare Diaconum, Subdiaconum, Clericum, vel etiam laicum, ſi ſacerdos haberi non poteſt? 414
10 Vtrum teneantur omnibus peſte infectis hoc ſacramentum miniſtrare? 416
11 An etiam illis, de quibus dubitatur, an ſint peſte infecti? 418
12 An etiam illis qui peſte infectis ſeruiunt? 420
13 An etiam illis, qui recenter peſtẽ conceperunt? 421
14 An etiam illis, qui exiſtimantur mortui? 423
15 An etiam illis, qui volunt ſibi miniſtrare in eccleſia, in ſylua, in publica platea. 425
16 An è contra illis, qui volunt ſibi miniſtrari in lecto, cum iis ſint viribus, vt poſſint domo infecta egredi, & ad ſalubriorem locum migrare? 428
17 An etiam pueris, qui capaces ſunt ſacramenti Pœnitentiæ? 429
18 An etiam adultis, qui ſacramentum Euchariſtiæ necdum receperunt? 432
19 An etiam in amentiam & furorem actis? 434
20 An etiam non pœnitentibus? 436
21 An etiam illis, quorum omnia corporis membra peſtifero ſudore madent, vel quorum anhelitus præter ſolitum immodice fœtet? 438

22 Quis ſit optimus & maxime probandus modus miniſtrandi hoc ſacramentũ tẽpore peſtis? 440
23 Quid ſit cenſendum de modo miniſtrandi illorũ, qui inungunt peſte infectos oleo roſaceo aut ex aliis floribus vel herbis expreſſo? 441
24 Quid ſit de illorum qui miniſtrant in oleo oliuarum non benedicto? 443
25 Quid ſit de illorum, qui inungunt oleo oliuarum, cui admixtus eſt alius liquor? 445
26 Quid ſit de illorum, qui non habentes oleum infirmorũ vngunt peſte infectos chryſmate? 447
27 Quid ſit de modo illorum, qui miniſtrant peruertendo ordinem vnctionum? 449
28 Quid ſit de illorum, qui omittunt vnctionem pedum & renum? 451
29 Quid ſit de illorum, qui vngunt tantum vnum oculum, vnam aurem, & ſic de reliquis ſenſuum organis? 453
30 Quid ſit de illorum, qui vngunt tantum organũ magis ad vnctionem expoſitũ hoc pacto formam recitando: per iſtam ſanctam vnctionem & ſuã miſericordiã indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum, auditum, guſtum, tactum & greſſum? 454
31 Quid ſit de illorum, qui vnico breuiſſimo motu attingunt quinq; organa ſenſuum, liniendo vnum oculum, vnam aurem, vnam manum, nares & os, & ſuper hanc totam vnctionem vnicã breuiſſimam formam proferendo, videlicet, per has

*has ſacras vnctiones remittat tibi Deus quicquid per viſum, auditum, odoratum, guſtum vel tactum peccaſti?* 460

32 *Quid ſit de illorum, qui ad vitandam contagionem inungunt ſine oratione, dicendo tantũ hæc duo verba: vngo te & ſtatim abſcedunt?* 462

33 *Quid ſit de illorum, qui loco vnctionis diſtillant guttam olei in corpus peſte infecti?* 463

34 *Quid ſit de illorum, qui non manu immediate, ſed ſpatula oblongiore ad vitandum contagionis periculum peſte infectum inungunt?* 465

35 *Quid ſit de illorum, qui miniſtrant hoc ſacramentum ſine clerico ſubſeruiente?* 467

36 *Quibus modis frequentius peccari ſolet in adminiſtratione Extremæ vnctionis temp. peſtis?* 469

## CAPITIS VI. ET VLTIMI.

### De neceſſitate & modo miniſtrandi ſacramentum Matrimonii tempore peſtis.

### QVÆSTIO I.

*VTrum paſtores teneantur præſentiam ſuam exhibere celebrationi matrimonij tempore peſtis?* 473

2 *Abſentibus ſiue iuſte ſiue iniuſte paſtoribus quis teneatur prouidere de ſacerdote qui celebrationi matrimoniorum interſit?* 479

3 *An paſtor non habens quem ſubſtituat præter ſacerdotem excommunicatum poſſit illum, vt matri-*

matrimonij celebrationi interſit ſubſtituere? 481
4 An poßit quoq; ſubſtituere non approbatum ab Epiſcopo, ſuſpẽſum, interdictum, irregularem? 482.
5 An Ordinariis deficientibus parocho & aliis ſacerdotibus, poßit ſubſtituere parochum necdum ſacerdotem? 484
6 An parochus non ſacerdos poßit ſubſtituere ſacerdotem? 488
7 An Ordinarius vel parochus poßint ſubſtituere Diaconum, ſubdiaconum, vel alterum Clericum? 490
8 Si contrahere volentes dicant, Ordinarium vel parochum ſubſtituiſſe aliquem alium ſacerdotẽ, qui illorum matrimonio interſit, an poßit vel etiam teneatur Sacerdos ille credere & matrimonio aßiſtere? 492
9 Vtrum paſtores teneantur omnibus peſte infectis contrahere volentibus præſentiam ſuam exhibere? 494
10 An paſtor teneatur præſentiam ſuam exhibere peſte infectis amentibus & furioſis contrahere volentibus? 496
11 An etiam illis qui ſecundo contrahere volunt eo quod primum matrimonium fuerit invalidum ob occultum impedimentum? 498
12 An etiam illis, inter quos paſtor ſcit per confeßionem eſſe impedimentum annullans? 501

13 An

13 An etiam illis, inter quos paſtor ſcit, aliunde extra Confeſſionem eſſe impedimentum? pag. 503

14 An etiam Vagabundis? 505

15 An etiam illis, qui ob contagionem vitandam ex parochia in qua eſt promulgatum Decretum Concilij Tridentini matrimonia clandeſtina irritans, fugerunt in externam parochiam, in qua illud non eſt promulgatum? 507

16 An etiam illis, qui econtra fugerunt ex parochia in qua nō eſt promulgatum dictum Cōcilij Trid. decretum, in parochiam in qua eſt promulgatum? 511

17 An etiam illis, qui virginem defloratam, data fide de matrimonio, ſi ante votum de ſuſcipiendo Ordine ſacro ſeu caſtitate ſeruanda emiſerunt? 513

18 An etiā illis, qui prius fidem alicui virgini de matrimonio dederunt, & poſtmodū ſimilem dederūt alteri virgini, copula ſubſecuta? 515

19 An etiam illis, ex quorum matrimonio Paſtor timet ꝓbabiliter magnum ſcandalum futurum? 517

20 Quis eſt optimus & maxime probandus modus celebrandi hoc ſacramentum, tempore peſtis? 519

21 Quid ſit cenſendum de modo miniſtrandi illorum, qui volunt peſte infectum contrahere per

per procuratorem? 521

22 Quid ſit de illorum, qui volunt peſte infectum contrahere per epiſtolam? 524

23 Quid de illorum, qui contrahunt coram parocho caſu ante illorum fores prætereunte? 527

24 Quid ſit de illorum, qui contrahunt coram teſtibus primo occurrentibus, puta, mendicis, excommunicatis, infamibus, ſeruis, ancillis? 529

25 Quid de illorum, qui cum poßint ſimul habere parochum & teſtes, modo contrahunt coram parocho, & poſtea coram teſtibus? 531

26 Quid ſit de illorũ, qui in extremo articulo mortis exiſtentes contrahunt coram teſtibus in abſentia parochi? 534

27 Quibus potißimum modis peccari ſolet in adminiſtratione ſacramenti matrimonij? 537

FINIS INDICIS.

CAPUT